



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vera Sapientia Virtute Et Tranquillitate Animi Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum

Eucherius <Lugdunensis>

Martinus <Bracarensis>

Magnus <Wigo>

Monachii, 1639

Cap. V. Prvdentiae Limites.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10188

PRVDENTIÆ Li-
mites.

HIs ergo institutionibus
obseruatis, quatuor vir-
tutum species perfectū
te facient virum, si mensu-
ram rectitudinis earum æquo
viuendi fine seruaueris. Nam
si prudentia terminos suos
excedat, callida, & puida
commiseris; inuestigator la-
tentium, & scrutator quali-
uncūque noxarum osten-
dêris: notaberis timidus, su-
spiciosus, attentus: semper a-
liquid quærens, semper ali-
quid timens, semper aliquid
dubi-

dubitans: & subtilissimas suspiciones tuas ad animi tui apprehensionem impingens: monstraberis digito astutiâ plenus, versipellis, & simplicitatis inimicus, contemplatorque culparum, & postremo vno nomine vocaberis à cunctis, malus homo. In has ergo maculas prudentia immensurata perducet: quicumque in illa mediocri lance persistit, *nec obtusum in se aliquid habeat, nec versutum.*